

Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

**P.Terentij sex: || quae extant: Comoediae. An= || dria.
Eunuch[us]. Heautontimo= || rumenos. Adelphi. Ecyra. ||
Phormio. || ... [qui]= || b[us] erudita Philippi Mele Brettani
p̃posita est epi || stola ... || ...**

Terentius Afer, Publius

Lipsiae, 1519

Actvs qvintvs

[urn:nbn:de:bsz:31-114211](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:bsz:31-114211)

EVNVCHI

Thais, hoc primū mihi responde. cum tibi do istam uirginem,
 Dixisti mihi hos dies soli dare te? Tha. Quid tum postea?
 Thra. rogitas? q̄ mihi añ oculos corā amatorē adduxisti tuū. Tha.
 Quid cum illo agas? Thra. & cū eo clam subduxi te mihi. Tha. 3^o
 Libuit. Thra. Pāphilam ergo huc redde, nisi ui maior eripi. Chre.
 Tibi illā reddat? aut tu illā tāgas oīm? Gna. qd ais? tace. Chre.
 Quid tu tibi uis? Thr. egō nō tāgā meā? Ch. tuā at furcifer? Gna.
 Caue sis, nescis cui maledicas uiro. Chre. non tu hinc abis?
 Scin tu ut tibi res sese habeat? si qcq̄ hodie hic turbæ cœperis,
 Faciam ut huius loci, diciq; meiq; semper memineris. Gna.
 Miseret tui me, qui hunc tantū hominē facias inimicū tibi. Chre.
 Diminuā ego tibi caput hodie, nisi abis. Gna. Ain uero cānis?
 Sic ne agis? Thra. quis tu hō es? quid tibi uis? qd cū illa rei tibi est?
 Chre. Scibis. p̄cipio eā esse dico liberā. Thra. Hē? Chre. ciuē Atticā.
 Thra. Hui. Chre. Meam sororē. Thra. Os durum.
 Chre. miles, nūc adeo edico tibi, ne uim facias ullā in illam. Tha.
 Ego eo ad Sophronā nutricē, ut eam adducā, & signa ostēdā hac.
 Thra. Tun prohibeas meā ne tangam? Chre. Prohibeo inq̄.
 Gna. Audin tu? hic furti se alligat. Chre. Satin hoc tibi est?
 Thra. idē hoc tu ais? Tha. quare q̄ respōdeat. Thr. qd nūc agim⁹?
 Gna. qn redeam⁹, iā hac tibi aderit supplicās ultro. Thra. Credin?
 Gna. Immo certe, noui ingenium mulieram,
 Nolunt ubi uelis, ubi nolis cupiant ultro. Thr. bene putas. Gn.
 Iam dimitto exercitū. Thr. ubi uis. Gn. Sanga: uti fortes decet
 Milites: domiq; fœciq; fac uicissim ut memineris. Sa.
 Iam dudum anim⁹ est in patinis. Gn. frugi es. Thr. uos me hac se
 quimini,

ACTVS QVINTVS.

THAIS.

PYTHIAS.

*In hac scena uirgine a Cherea stuprata esse
scilicet uide fit ut statim sequentes uerba
Pylæ uirgo cum Cherea cognita est*

¶ Senarii & unus Catalecticus.

¶ Ergin scelesta mecum perplexe loqui?

p Scio, nescio, abiit, audiui, ego non adfui.

Non tu istuc mihi dictura aperte es quicquid est?

Virgo conscissa ueste lacrumans obticet,

¶ Eunuchus abiit. quam ob rem? quid factum est? taces? Py.

Quid tibi ego dicam misera? illū Eunuchum negant

Fuisse. Tha. Quis fuit igitur? Py. Iste Cherea. Tha.

Qui Cherea? Py. Iste ephæbus frater Phædria. Tha.

Quid ais uenefica? Py. Atqui certo cōperi. Tha.

¶ Quid is obsecro ad nos? aut quā obrem adductus? Py. nescio.

Nisi amasse credo Pamphilam. Tha. Hem misera, occidi

Infœlix, siquidē tu istæ uera prædicas. Num id lachrumat uirgo?

Py. Id opinor. Tha. Quid ais sacrilega? istuccine interminata

sum hinc

¶ Abiens tibi? Py. Quid facerem? ita ut iussisti soli credita est.

Tha. Scelesta, lupo ouem cōmisisti. dispudet

Sic mihi data esse uerba. quid hominis illic est?

Py. Hera mea tace obsecro, saluæ sumus. Habemus hoīem ipsum,

Tha. Vbi is est? Py. Hem ad sinistram, uides ne? Tha. Video.

¶ Py. comprehendi iube quantum potest. Tha. Quid illi facie-

mus stulta?

Py. Quid faciam rogas? Vide amabo, si non, cum aspiciam os,

impudens

Videtur. Tha. Non est. Py. Tum quæ eius confidentia est.

CHAEREA. THAIS. PYTHIAS.

¶ Senarii, & unus Dimeter.

*Calpurnius in Thais
1. 2. 10. Curas in y
hilo. Hora in odig
Dup. 8. 1. 1. 1. 1. 1.*

*In hac scena Chæra post fugam redit
deprehendens Thaisem uero abieram
hanc Thaisem uideam in gratia*

Pud Antiphonem uterq; , mater & pater ,
Quasi dedita opera , domi erant , ut nullo modo
Introire possem , quin uiderent me , interim

Dum ante hostium sto , notus mihi quidam obuiam

Venit . ubi uidi , egomet in pedes quantum queo

In Angiportum quoddam desertum , inde item

In aliud , inde in aliud . ita miserrimus

Fui fugitando , ne quis me cognosceret .

Sed est ne Thais quam uideo : ipsa est . ah hæreo

Quid faciam ? quid mea autem ? quid faciet mihi : Tha .

Adeamus . bone uir Dore salue . dic mihi

Aufugisti ? Chæ . hera factum . Th . Satin id tibi placet ? Chæ .

Non . Th . Credi in te impune abiturum ? Chæ . Vnam hanc noxiam

Mitte , si aliam unquam ullam admifero , occidito . Th .

Num meam sæuitiam ueritus es ? Chæ . non . Th . Quid igitur ? Chæ .

Hanc metui , ne me criminaretur tibi . Th .

Quid feceras ? Chæ . Paululum quiddam . Tha . Eho paululum impudens

An paululum hoc esse tibi uideretur , uirginem

Viriare ciuem ? Chæ . conseruam esse credidi . Py .

Conseruam ? uix me contineo , quin inuolem in

Capillum , monstrum etiam ultro derisum aduenit . Tha .

Abi hinc insana . Py . Quid ita uero abeam ?

Credo isti quicquam furcifero ,

Praesertim cum se seruum fatigatur tuum ? Tha .

Missa hæc faciam , non te dignum Chærea

Fecisti . nam si ego digna hac contumelia

Sum maxime , at tu indignus qui faceres tamen ,

Negæ ad pol , quid nunc consilii capiam scio

*Anse semper dissemblans
Thaisem uero uideam
se esse hanc non scio*

- De uirgine istac, ita conturbasti mihi
 Rationes omnes, ut eam non possim suis
 Ita ut equam fuerat, atq; ut studui, tradere.
 Ut solidum pararem hoc mihi beneficium Chærea. Chæ.
 At nunc dehinc spero æternam inter nos gratiam
 Fore Thais. SÆPE ex huiusmodi re quapiam, &
 Ex malo principio, magna familiaritas
 Conflatast. & quid si hoc quispiam uoluit deus? THA.
 Equidem pol in eam partem accipioq;, & uolo. Chæ.
 Ammo ita quaeso unum hoc scito, contumeliæ
 Non me fecisse causa, sed amoris. Tha. Scio.
 Et pol propterea magis nunc ignosco tibi.
 Non adeo inhumano ingenio sum Chærea,
 Neq; tam imperita, ut quid amor ualeat, nesciam. Chæ.
 Te quoq; iam Thais (ita me dii bene ament) amo. Py.
 Tum pol tibi ab istoc hera cauendum intellego, Chæ.
 Non ausim. Py. Nihil tibi quicq; credo. Tha. Desinas. Chæ.
 Nunc ego te in hac re mihi oro, ut adiutrix sis.
 Ego me tuæ commendo, & committo fidei.
 Te mihi patronam capio Thais, & obsecro.
 Emoriar, si non hanc uxorem duxero. Tha.
 Tamen si pater. Chæ. Quid? ah uolet, certo scio,
 Cuius modo hæc sit. Tha. Paululum opperiet
 Si uis, iam frater ipse hic aderit uirginis.
 Nutricem accersitam iit, quæ illam aluit paruolam,
 In cognoscendo tute ipse aderis Chærea. Chæ.
 Ego uero maneo. Tha. Vis ne interea dum is uenit,
 Domi opperiamur potius, q̄ hic ante hostium? Chæ.

Immo percipio. Py. Quam tu rem actura obsecro es? Tha.

Nam quid ita? Py. Rogitas? hunc tu in aedes cogitas

Recipere posthac? Tha. Cur non? Py. Crede hoc meae fidei,

Dabit hic aliquam pugnam denuo. Tha. Abu, tace obsecro. Py.

Parum perspexisse eius videre audacia. Cha.

Non faciam Pythia. Py. Non pol credo Chærea,

Nisi si commissum non erit. Cha. Quin Pythia

Tu me seruato. Py. neque pol seruandum tibi

Quicquam dare ausim, neque te seruare. apage te. Tha.

Quicquam unum est apage
quod per se non aduenit
aduenit enim apage apage
deus apageo
non si res que fit
ut in Tullio est
in 2. infir.

Adest optime ipse frater. Cha. Perii hercle, obsecro

Abeamus intro Thais, nolo me in uia

Cum hac ueste uideat. Tha. quam ob rem tandem? an quia pudet?

Cha. Id ipsum. Py. Id ipsum, uirgo uero uiciata. Tha. I praesequar.

Tu istic mane, ut Chremem introducas Pythia.

PYTHIAS. CHREMES. SOPHRONA.

Senarii omnes.

Vicquid uenire in mentem nunc possit mihi,

Quid nam qui referam illi sacrilego gratiam,

Qui hunc supposuit nobis? Chre. moue uero oculus

Te meaATRIX. So. moueo. Chre. Video, sed nihil promoues. Py.

Iam ne ostendisti signa nutrici? Chre. Omnia. Py.

Amabo, quid ait? cognoscit ne? Chre. Ac memoriter. Py.

Bene adepol narras. nam illi faueo uirgini.

Ite intro, iam dudum hera uos expectat domi.

Virum bonum eum Parmenonem incedere

Video. uide ut ociosus sit. si Diis placet,

Spero me habere, qui hunc meo excreciem modo.

Abintro, de cognitione ut certum sciam.

1 Post exibo, atq; hunc perterrebo sacrilegum.

PARMENO

PYTHIAS.

⊕ Eiusdem rationis.

Euiso quid nam Chærea hic rerum gerat.

r Quod si astu rem tractavit, Di i uostram fidem.

Quantam, & q̄ ueram laudem capiet Parmeno.

r Nam ut omittam, quod ei amorem difficillimū &

Charissimū ab meretrice auara surripui, uirginem

Quam amabat, eam confeci, ut potiretur sine molestia.

Sine sumptu, sine dispendio, tum hoc alterum.

Id uero est quod mihi puto palmarium,

1 Me repperisse, quo modo adolescentulus

Meretricum ingenia & mores posset noscere

Mature, ut cum cognorit, perpetuo oderit.

Quæ dum foris sunt, nihil uidetur mundius,

Nec magis compositum quicq̄, nec magis elegans.

1 Quæ cum amatore suo cum cœnant, liguriunt.

Harum uidere ingluuiem, sordes, inopiam,

Quam inhoneste solæ sint domi, atq; auidæ cibi.

Quo pacto ex iure hesterni panem atrum uorent.

Nosse omnia hæc, salus est adolescentulis. Py.

2 Ego pol te pro istis dictis & factis scelus

Vlciscar, ut ne impune in nos illuseris.

PYTHIAS.

PARMENO.

⊕ Septenarii, ac Quadrati Trochaici.

p Roh fidé deū facinus fœdū, o infœlicé adolescētulū,

O scelestū Parmenoné, q̄ istum huc adduxit. Pa. qd est

Py. Miseret me, itaq; ut ne id uideré misera, huc effugi foras.

*Λύστρον γὰρ τῆς ἑσπέρης ἡμέρας
ἡ ἀφροδίτη καὶ ἡ ἑσπέρη
ἀφροδίτη καὶ ἡ ἑσπέρη
ἡ ἀφροδίτη καὶ ἡ ἑσπέρη*

EVNVCHI

Quæ futura esse exempla dicunt in illū indigna? Par. O Iuppiter
 Quæ illec turbast? num nā ego perii? adibo, qd istuc Pythia?
 Quid ais? in quem exempla fient? Py. Rogitas audacissime?
 Perdidisti istam, quem adduxisti pro eunuchō adulescentulum,
 Dū studes dare uerba nobis. Par. qd ira? aut qd factūst? cedo. Py.
 Dicam. uirginem istam Thaidi hodie quæ dono datast,
 Scin eam hinc ciuē esse, & fratrē eius adprime nobilem? Par.
 Nescio. Py. Atqui sic inuentast, eam iste uitiauit miser.
 Ille ubi rescioit factum frater, uiolentissimus. Par.
 Quid nam fecit? Py. obligauit primū eū miseris modis. Par.
 Hem conligauit? Py. atq; eodē orate, ut ne id faceret, Thaidē. Par.
 Quid ais? Py. nunc minatur facturū sese id quod mæchis solet.
 Quod ego nunq̄ uidi fieri, neq; uelim. Par. Qua audacia
 Tanrū facinus audet? Py. quid ita tūc? Par. an nō hoc maxumūst?
 Qui homo pro mæcho unq̄ uidit, in domo meretricia
 Deprehendi quenq̄? Py. nescio. Pa. ac ne hoc nesciatis Pythia,
 Dico, edico uobis, nostrum esse illum herilem filium. Py. hem
 Obsecro an is est? Par. ne quam in illum Thais uim fieri sinat.
 Atq; adeo autem, cur non egomet introeo. Py. uide o Parmeno
 Quid agas. ne neq; illi prosis, & tu pereas. nam hoc putant,
 Quicquid factumst, ex te esse ortum. Pa. quid igitur faciam miser?
 Quid ue incipiam? ecce autem uideo rure redeantem senem,
 Dicam huic an non dicam hercle, & si mihi magnum malum
 Scio paratum. sed necesse est, huic ut subueniat, Py. sapis.
 Ego abeo intro. tu isti narrato omnem rem ordine, ut factū fiet.

LACHES SENEX.

PARMENO.

¶ Senarii.

e X meo propinquo rure, hoc capio commodi.

¶ Neq; agri, neq; urbis odium me unquam percipit.

Vbi satietas cœpit fieri, commuto locum.

Sed est ne ille noster Parmeno: & certe ipſus eſt.

Quem præſtolare Parmeno hic ante hoſtium? Par.

¶ Quis homoſt? hem ſaluam te aduenire here gaudeo. La.

Quem præſtolare? Par. perii. lingua hæret metu. La.

Hem quid eſt quod trepidas? fatin ſaluæ? dic mihi. Par.

Here, primû te arbitrari quod res eſt uelim,

Quicquid huius factumſt, culpa non factumſt mea. La.

¶ Quid? Par. Recte ſane interrogaviſti, oportuit

Rem prænarraſſe me. Emit quendam Phadria

Eunuchum, quæ dono huic daret. La. cui? Par. Thaidi. La.

Emit? perii hercle, quanti? Par. Viginti minis. La.

Actumſt. Par. tum quandâ fidicinâ amat hic Chærea. La.

¶ Hem, quid? amat? an ſcit iam ille quid meretrix fiet?

An in aſtu uenit, aliud ex alio malum? Par.

Here ne me ſpectes, me impulſore hac non facit. La.

Omitte de te dicere, ego te furcifer

Si uiuo, ſed iſtuc quicquid eſt primum expedi. Par.

¶ Is pro illo Eunucho ad Thaidem hanc deductus eſt. La.

Pro Eunuchō? Par. Sic eſt, hunc pro mœcho poſtea

Compræhendere intus, & conſtrinxere. La. Occidi. Par.

Audaciam meretricum ſpecta. La. Nunquid eſt

Aliud mali damniq;: quod non dixeris: Chærea p. uol. uia?

¶ Reliquom? Par. tantû eſt. La. Ceſſo huc intro irrumperet? Par.

Non dubiumſt, quin mihi magnû ex hac re ſit malum,

Niſi quia neceſſe fuit hoc facere, id gaudeo

*Dieque una ſua lora apud
victorem capto deſignat ſine
deuapote ualuit Quam aſtu
deſignat ſua deuapote uno
toronato Gallo - ſtunt Lind
ut*

EVNVCHI.

Propter me hisce aliquid esse euenturum mali.

Nam iam diu aliquam causam quærebat senex,

Quamobrem insigne faceret aliquid, is nunc repperit.

PYTHIAS.

PARMENO.

Septenarii, atq; nonnulli Quadrati.

Vnq; ædepol quicq; iam diu quod magis uellé euenire

Mihi euenit, q̄ qd̄ mō senex intrō ad nos uenit errās.

Mihi solæ ridiculo fuit, quæ quid timeret sciebam. Par.

Quid hoc autemst? Py. Nūc id prodeō, ut cōueniā Parmenonē.

Sed ubi obsecrost. Par. men q̄rit hæc? Py. Atq; ecclū uideo, adibo.

Par. Quid est inepta? qd̄ tibi uis? qd̄ rides? pergin? Py. perii,

Defessa iam sum misera te ridendo. Par. qd̄ ita? Py. Rogast

Nunq; ædepol hominem stultiorem uidi nec uidebo.

Ah non possum satis narrare, quos ludos præbueris intus.

At etiam primo callidum & disertum hominem credidi. Pa.

Quid est? Py. Quid silico ne credere ea quæ dixi oportuit?

An non pœnitebat flagitii, te autore quod fecisset?

Adulescens, ni miserum insuper etiam patri indicares?

Nam quid illi credis animi, tam fuisse, ubi uestem uidit?

Illam esse eum indutum paters? qd̄ est? iam scis te periis? Par.

Hem quid dixi pessuma? an mentita es? etiam rides?

Itan lepidū tibi uisum est scelus nos irridere? Py. nimium. Par.

Siqd̄ istuc impūe habueris. Py. ueg. Par. Reddā hercle. Py. Credo.

Sed in diem istuc Parmeno est fortasse quod minitare.

Tu iam pendebis, qui stultum adulescentulum nobilitas

Flagitiis, & eundē indicas, uterq; in te exempla edent. Par.

Nullus sum. Py. hic p̄ illo mūere tibi honos est habitus, abeo. Par.

EGOMET meo iudicio miser, quasi Sorex hodie perii.

GNATO THRASO.

Septenarii.

Vid nunc qua spe aut quo consilio huc imus? quid

*In hoc scena ignavia...
fons et impetum...
sibi et fortibus...
malis illis...
suis autem appetunt...
admodum.*

ceptas Thraso? Thra.

Ego ne ut Thaidi me dedā, & faciā qd iubeat. Gn. qd est? Thra.

Qui min⁹ huic q Hercules seruiuit Omphalæ. Gna. exēplū placet.

Vtinam tibi committigari uideam Sandalio caput.

Sed fores crepuere ab ea. Thra. Quid hoc autem est mali?

Hunc ego nunq uiderā, & iam hic quidnam properans profiliit?

CHAEREA. PARMENO. GNATO. THRASO.

Septenarii, & Octonarii.

*In hac scena Chæra gaudet?
geni affatus...
dum...
in proficit...
est.*

Populares, ecquis me hodie uiuit fortunatior?

Nemo hercle quisq. nam in me plane dii potestate suā

Oēm ostēdere, cui tā subito tot pgruerit cōmoda. Par.

Quid hic ket⁹ est? Chæ. o Parmeno mi, o meae uoluptatū oīm

*Gellius
de uoluptate*

Inuentor, inceptor, perfector. scin me in quibus sim gaudiis?

Scis Pamphilam meam inuentam ciuem? Par. Audiui. Chæ. Scis

sponsam mihi? Par. (Tum autem Phædriæ

Bene, ita dii ament, factum. Gna. Audin tu illum? quid ait? Chæ.

Meo fratri gaudeo amore esse omnē in trāquillo. unast domus,

*De gaudis
C. x. lib.*

Thais patri se commendauit, in clientelam, & fidem

Nobis dedit se. Par. fratris igif Thais totast. Chæ. Scilicet. Par.

Iam hoc aliud est quod gaudeamus, miles pellitur foras. Chæ.

Frater ubi ubi est, fac qprimū hæc audiat. Par. Visam domū. Thr.

Nunqd Gnato dubiras, quin ego perpetuo perierim? Gna. Sine

Dubio opinor. Chæ. qd cōmemorē primū, aut laudē maxumē?

Illum qui mihi dedit consiliū, ut facerem? an me qui ausus sim
 Incipere? an fortunam collaudem, quæ gubernatrix fuit?
 Quæ tot res, tantas, tam opporune in unum conclusit diem.
 An mei patris festiuitatem, & fœlicitatem? O Iuppiter
 Serua obsecro hæc bona nobis.

In hac scena interuenit
 Phædra, Chæra, Thraso, Gnato
 et quædam Thaidæ
 et quædam Phædræ
 et quædam Gnato
 et quædam Thraso
 et quædam Phædra

PHAEDRIA. CHEREA. THRASO. GNATO.

¶ Eiusdem rationis.

Si uestram fidem, incredibilia

d Parmeno modo quæ narrauit, sed ubi est frater? Chæ.
 Præsto adest. Par.

Gaudeo. Chæ. Satis credo, nihil est Thaidæ tua dignius
 Quod ametur, ita nostræ omni est fautrix familiæ. Phæ.
 Mihi illam laudas? Thr. perii. q̄to min⁹ spei est, t̄to magis amo.
 Obsecro Gnato in te spes est. Gna. qd uis faciã. Thr. perfice hoc
 Precibus, precio, ut hæreã i parte aliq̄ tandē apud Thaidē. Gna.
 Difficile est. Thr. Si quid collibuit, noui te, hoc si effeceris
 Quoduis donū, & præmium a me optato, id optatū ferēs. Gna.
 Ita ne? Thr. sic erit. Gn. si efficio hoc, postulo ut mihi tua domus
 Te præfente, absente, pateat, inuocato ut sit locus
 Semper. Thra. Do fidem ita facturū. Gna. Accingar. Phæ.

Quem ego hic audio

(scis? Thra.)

O Thraso. Thra. Saluete. Phæ. Tu fortasse quæ facta hic sint ne-
 Scio. Phæ. Cur ergo in his te ego conspicio regionibus? Thra.
 Vobis frater. Phæ. Scin q̄ frater? miles edico tibi,
 Si te in platea offendero hac post unq̄, nihil quod dicas mihi
 Aliū quærebã, iter hac habui. peristi. Gn. eia haud sic decet. Phæ.
 Dicitū est. Gn. nō cognosco uim gen⁹ tã superbū. Phæ, sic erit. Gna.

- Prius audite paucis. quod cum dixerō, si placuerit
 Facite, Ph. audiam. Gn. tu concede paululum istuc Thraſo.
 Principio ego uos credere ambos hoc mihi uehementer uelim,
 Me huius quicquid facio, id facere maxime cauſſa mea,
 Verum, ſi idem uobis prodeſt, uos non facere, inſciſt. Ph.
 Quid id eſt? Gn. militem riualem ego recipiendum ceſeo. Ph. hem,
 Recipiendum? Gn. cogita modo, tu hercle cum illa Phædria,
 Et libenter uiuis, etenim bene libenter uiſitas,
 Et quod des paululum eſt, & neceſſe eſt multum accipere Thaidē,
 Ut tuo amorī ſuppeditare poſſit, ſine ſumptu tuo.
 Ad omnia hæc, magis opportunus, nec magis ex uſu tuo
 Nemo eſt. principio & habet quod det, & dat nemo laſgius.
 Fatuus eſt, inſuſus, tardus, ſtertit nocteſq; & dies.
 Neq; iſtum metuas ne amet mulier. facile pellas ubi uelis. Ph.
 Quid agimus? Gn. præterea hoc etiam qd̄ ego uel primum puto,
 Accipit hominem nemo melius proſus, neq; prolixius. Ch.
 Miram, ni illoc hoīe quoquo pacto opus eſt. Ch. idē arbitror. Gn.
 Reſte facitis. unum etiam hoc uos oro, ut me in ueſtrum gregem
 Recipiatis. Satis diu hoc iam ſaxum uorſo, Ph. Recipimus. Ch. *Gras in chila*
 Ac libenter. Gna. at ego pro iſto Phædria, & tu Chærea
 Hunc comedendum & deridendū uobis propino. Ch. placet. Ph.
 Dignus eſt. Gn. Thraſo, ubi uiſ accede. Thr. obſecro te quid agim⁹?
 Gn. Quid eſti te ignorabant. poſtq̄ eis mores oſtendi tuos,
 Et collaudaui ſecundum facta & uirtutes tuas,
 Impetraui. Thr. bene feciſti. gratiam habeo maxumam.
 Nunq̄ etiam fui uſq; qui me omnes amarent plurimum. Gn.
 Dixi ego in hoc eſſe uobis Atticam eloquentiam? Ph. Nihil præ. *De hac ſententia*
Ch. 1. 9. 80.

HEAVTONTIMORVMENOS

ter promissum est. *indigne obsequium*

Gna. ite hac. Vos ualete & & plaudite. Calliopius recensui.

¶ Finis Eunuchi.

FABVLAE INTERLOCVTORES.

Chremes senex	Menedemus senex.
Clinia adulescens.	Clitipho adulescens.
Syrus seruus.	Dromo seruus.
Sofrata matrona.	Nutrix.
Bacchis meretrix	Phrygia ancilla.
Antiphila meretrix.	

GRAECA EST MENANDRI. ACTA LVDIS MEGALENSIBUS. L. Cornelio Lentulo. L. Valerio Flacco Aedilibus Curulib. agit Ambiu⁹ Turpio. modos fecit Flaccus Claudii. acta primum tibiis imparibus. deinde duabus dextris. Acta etiam tertia. C. Cornelio. M. Iuuenio Cofs.

C. SVLPICII APOLLINARIS PERIOCHA.

¶ Trimetri.



N Militiam proficisci gnatum Cliniam
Amantem Antiphilam compulit durus pater,
Animiq; sese angebat facti poenitens.
Mox ut reuersus est, clam patre diuertitur
Ad Clitiphonem. is amabat scortum Bacchidē.
Cum accersiret cupitam Antiphilam Clinia,
Et eius Bacchis uenit amica, ac seruolæ
Habitum gerens Antiphila. factum id, quo patrem
Suam calaret Clitipho. hic technis Syri
Decem minas meretriculæ aufert a fene